

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consciencia a
cum fontibus proximo et primis

Quid obest illi si de illa tabula
eum humana uult delere ignorantia,
si eundem de libro uiuentium nunquam
propria deleat consciencia?

Nam
et si bonum quod de nobis dicitur in mente
non inuenitur,
magnam debet in nobis tristitiam generare.
Et econtra, si malum quod de nobis dicitur
in nobis non inuenitur,
in magnam debemus letitiam prosilire.

Augustinus in quodam sermone.

Idem [Augustinus] *ad Clerum Yponiensem*
[epist. CXXXVII.]

Quid obest homini, quod ex illa tabula
uult eum delere humana ignorantia,
si de libro uiuentium non eum
deleat iniqua consciencia?

Gratianus, *Decretum*, 2.11.3.50 (*Corpus iuris
canonici* 1, A. Friedberg ed., col.657).

Item Gregorius Papa
[Palladio Presbitero, lib. VIII. epist. 45.]

Inter uerba laudantium
siue uituperantium ad mentem
semper recurrentum est,
et si in ea non inuenitur bonum,
quod de nobis dicitur,
magnam tristitiam generare debet;
et rursus si in ea non inuenitur malum,
quod de nobis homines locuntur,
in magnam debemus letitiam prosilire.

Gratianus, *Decretum*, 2.11.3.55 (*Corpus iuris
canonici* 1, A. Friedberg ed., col.658).

quid enim obest homini, quod ex illa tabula
non uult eum recitari humana ignorantia,
si de libro uiuorum non eum
delet iniqua consciencia?

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 78.4
(CSEL 34.2, A. Goldbacher ed., p.337,
ll.16-18).

Inter uerba enim laudantium
siue uituperantium ad mentem
semper recurrentum est,
et si in ea non inuenitur bonum,
quod de nobis dicitur,
magna tristitia generari debet.
Et rursus, si in ea non inuenitur malum,
quod de nobis homines loquuntur,
in magna debemus laetitia prosilire.

Gregorius Magnus, *Registrum epistularum*,
11.1 (CCSL 140A, D. Norberg ed., pp.857-8,
ll.11-15).